

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 4 \*

- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennebergeri  
 II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.  
 III. Venie de Christo recens nato Joachimi Flemingi.  
 IV. Lessius Cesareus Cyriaci & Herdesiani <sup>sup</sup> obitum Rudolfi Imperatoris  
 V. Soteria Dr. Johanni Georgio Saxonum Ducis Academie Wittebergensis.  
 VI. Votivus applausus Dr. Dr. Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalbini  
 suscipienti Friderici Theodore Gorlici.  
 VII. Teos quod rursum evocata ad Dr. Augustum Principem Anhaltinum Flemigii causa sua  
 vestam iheresum M. Petri a Fera.  
 VIII. Epitulam M. Marci Friderici Werdelius  
 ad Dr. Augustum Ducem Brunsvicensem.  
 IX. Epitulam ad eundem principem Iohanni  
 Cremeri.  
 Elogia Gregorij Bersmanni Rudolphi Princi-  
 pi Anhaltino sponte scripta.  
 X. Teos quo uterque Dr. Rudolphi Princeps Anhal-  
 tino scripta a Collegis schole Serventare.  
 XI. Epicedium in obitum Dr. Rudolphi Princeps An-  
 haltini Abrahami Cremeri.  
 XII. Strena Poetica Christophori Heroldi.  
 XIV. Euerela Saravontonis et Bionae.  
 XV. Gregorij Bersmanni in pontem sublimam  
 defrauensem Carmen Iacobius M. Cremeri.  
 XVI. Joachimi Flemingi Sicular Scholasticum.  
 XVII. Abrahami Vbuci Diagraphe Laboris  
 Scholastici.  
 XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio  
 imposita.  
 XIX. Typus Depositionis Scholasticae Fri-  
 derici Widebrani.  
 XX. Bulla et amuletum M. Blocy.  
 XXI. Orationibus Dr. Danielis Bliesardi.  
 Dr. Johannis Christophori Hartmanni. Dr.  
 Philippi Neudlingeri. Dr. Matthaei Coleri  
 Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Gobenii Copperij  
 post Magisterij eutum pronunciata.  
 XXIII. Exequiae eorum Cerevisiae Servente-  
 ne Daniellis Berckingeri.  
 XXIV. Desortatio a Calennijs.  
 XXV. Germania ad Principem epistola Attil:  
 Martino Praetorio.  
 XXVI. Votum Schole Veraliensis.  
 XXVII. Teos quod rursum ad Dr. Johannen Sturium.  
 XXVIII. In honorem Magisterij Dr. Johanni Cre-  
 meri.  
 XXIX. Triginta Feyerum M. Christiani Galli  
 Italo-Saxonis.  
 XXX. Adamus Forsterius Friderici Stro-  
 nis Ernesti Wulstorfii.  
 XXXI. Etiam  
 XXXII. Juvenum 37. M. Theophilus Careissen  
 XXXIII. Iohannis Cremeri.  
 XXXIV. In honorem Notariatus Valen-  
 ni Gelani.  
 XXXV. Strena anagrammatum quadrifida  
 Christophori Heroldi.  
 XXXVI. In auptias Dr. Wolfgangi Falagi  
 4. V. D.  
 XXXVII. Ejusdem Iohanni Thilo  
 Nicolai Maij.

50 LXIV.

In

*Festivitatem Nuptiarum*

Viri Prudentissimi, multoq; rerum  
usu Excellentissimi

DN. FRIDERICI GRAUBII

Consiliarii Anhaltini primarii, & Au-  
lae Servestanæ Præfecti felicissimi  
meritissimi tertium

S P O N S I ,

*Et*

Virginis Lectissimæ Flo-  
rentissimæ

E L I S A B E T H Æ,

Viri Amplissimi Spectatissimi  
Doctissimi

DN. JACOBI GREGORII

Reipub. Servestanæ Patriæ Consulis  
gravissimi, Filiæ

S P O N S A E .

*Servestæ celebratarum*

A. D. III. Calend. IXbris.  
Anni 80. Ioc. XX.

Carmina ab Amicis & Gymnasii Servesta-  
ni Alumnis conscripta.

S E R V E S T A E

Typis Zachariae Dorfferi.

A N N O 1620.







Consilium regium & medicum

De calenti virgine ducendâ seni,

ad

## FRIDERICUM GRAUBIUM

Consiliarium Anhaltinum &

Aulæ Servestanæ præfatum.

Ar benè compostum ! Viduus cui tempora  
(tempus

Pinxit canitie, & nescia Virgo tori.

Ille Domus curis, usu rerumq; subactus

Virgineum ad curas ducere pectus amat.

Ista sed ætatis flore & fervore calentis

Triste gelu Senii conveniente fovet;

Judice (a) Galeno, Jessæo (b) judice Rege,

(a) lib. 7. Metho  
di. (b) i. Reg. 6.

Quem gelidum fovit virgo tenella senem,

Aptius haud ullum senio medicamen habetur,

Quàm quod virginei pectoris ardor habet:

Exuviæ vulpis vel ovis vellusq; lupinum,

Nil flammpæ possunt conciliare seni :

Rhenani veteris nimium violenta senectus,

Quicquid habet tepidi cana senecta, necat:

Nec calidæ gelidis aptæ sunt artubus escæ,

Quas crudas senium destituisse solet:

P. 119

A 2

Nec

Nec Vulcanus opem siccis fert siccior ipse,  
Udi aufert quicquid vita senilis habet,  
Este procul Cereris, Bacchi & Vulcania proles,  
Vellera& quæq; vehis, esto Diana procul :  
Huc age ferventem Venus huc impelle puellam,  
Frigida quæ foveat pectora GRAUBIADÆ:  
Unus hic è senii & naturæ temperat usu  
Frigus, quem spirant virginis ora, calor.  
Naturæ affinis medio tutissimus omnis,  
Hunc præter, senium debilitare solet.  
Ergo prudenti dignum, GRAUBENE, senectâ  
Post quartam decimam fortis olympiadem,  
Moliris facinus, calidæ dum pectora Nymphæ  
Blanda jubes thalami jura subire tui.

M. MARCUS FRIDERICUS VVENDELINUS  
Gymnas. Serv. Rect.

ALIUD.

S I quid, beate sponsæ, pluris uspiam  
Sub universis æstimandum nubibus,  
Quam margaritæ, quam lapilliq; fidici,  
Gazæve Cræsi Lydiæ, aut opes Phrygum:  
Consors toricertè fidelis, & decens

Præc

Præstantior, longèq; pluris optimè  
Ab optimis quibusq; censeri solet.  
Talis datur solo <sup>F</sup> E H O V Æ munere  
Purâ colenti mente cœlitum Patrem.

Quo grater ergo nunc tibi versu novo  
FRIDRICE? talis cui marita nunc datur.  
Marita, quæ dulcis loquelæ pharmaco  
Te maximis curis levabit anxium:  
Quam mel tuum vocabis, quamq; corculum,  
Quam suavitatem, namq; tibi nec Suavitas  
Est suavior, nec est Venus venustior.

Et quo tibi grater marita carmine?  
Quod Fata donant nunc tibi talem virum,  
Quem floridâ Deus senectâ, quem beat  
Honoribus summis, & auri pondere.

Salvete amore turturum junctipari,  
Salvete, & annos Nestoris vos vivite.

M. ISAAC GRE-  
GORIUS,

Reipub. Servestanæ Prætor

A 3 Aliud

ALIUD.

AD SPONSUM.

**B**inas duxisti viduas, FRIDERICE, maritas,  
Dum calidus firmo robore sanguis erat:  
Nunc, ubi canities mentum venerabilis ornat,  
Fertur in amplexus ELISABETHA tuos:  
ELISABETHA venit tibi bella puella JACOBO  
Consule GREGORIO Sponsa parente sata:  
Pol bene! Namq; venit seris prudentia ab annis,  
Exemploq; doces, quæ mage grata, tuo.  
Sic Ciceroni etiam spretæ post fœdera primæ  
Conjugis intacta est Virgo adamata seni:  
Masculè &, ut fuit hoc reprensis nomine, Virgo  
Cras, ait, hæc Uxor, ne dubitetis, erit.  
Sic post ætatis vel lustra bis octo, puellam  
Florentem fertur Censor amâsse Cato:  
Quo natus patre quâ matre est Uticensis & ipse,  
Qui cognomento post Cato dictus erat.  
Sic quoq; Thariaden, post ultima funera Saræ  
Conjugis, exhilarat Sponsa Cetura senem:  
E quâ progenita est bis terna huic mascula proles,  
Delitiæ matris, delitiæq; patris.  
Quòd si Thariades, Cicero, Cato robore tanto,  
huius viribus his alij si valvere senes:

Quidni

Quidni te præstes, FRIDERICE, virumq; patremq;  
Cui malam gratus vestit utramq; rubor?

M. PETRUS à JENA

Schola Senatoria

Rector.

A D Dn. S P O N S U M .

**H**actenus ingenti macerasti pectora fletu,  
Atq; tui lectus causa sat æqua fuit.  
Bis Jhorvā thalamos autore iterare coactus,  
Est bis factat uæ magna ruina domi.  
Bis viduus factus, viduum sine compare lectum  
Bis concendisti, quam gravis iste dolor!  
Flebas, et meritò, ostendebas signa doloris,  
Maxima signa domi, maxima signa foris:  
Non tulit ulterius cunctorum rexq; Deusq;  
Atq; hujus fecit finem aliquando mali.  
Bis quanquam socij subjisti fœdera lecti,  
Est tibi sed soboles mascula nulla super.  
Nam, quem cum primogeniisti conjugi gnatum,  
Iam dudum Elysios latus adivit agros.  
Fœmellà tantum post se prole relicta,  
Quæ maneat salva & floreat usq; precor.

Altera

Altera erat sterilis, sterilem hæc cum compare vitam  
Vixisti, æternos sic moderante D E O.  
Ergo tu æpere at ne quando gloria famæ,  
Atq; simul generis nomen hōnosq; tui.  
Tertia sponsæ tibi jam jungitur optime, vinclo  
Otibi jungatur commodiore, precor,  
Atq; in ea tandem requiescas atq; senescas,  
Scilicet id sponsæ nomen & omen habet.  
Perfectum trinum omne, refert sententia vulgi,  
Nullas ergo vices sentiat hic et torus. H  
Uxor & hæc finem, hæc faciat te prole parentem  
Multæ, quæ nomen proroget usq; tuum.  
Quæ vobis laudi, sit vobis usui, utrisq;  
Gaudia mille ferat, commoda mille ferat.  
Quin & consuli avo, vita qui perpetè dignus,  
Nestoris & dignus vincere sæcla senis,  
Qui flos est urbis, lumenq; fori atq; statumen,  
In cunctos cives mitia corda gerens.  
Hoc cum transigite humanum feliciter ævum,  
Et cum omni vestra gente, valete diu.

Faustæ gratulationis ergo  
apponebat

M. MARTINUS CRAMERUS

Scholæ Patriæ Corrector.

Ad

ALIU D.

**A**Ulæ præfectus gnatam sibi junxit amore  
Consulis haud pridem, mea quam charissima  
conjux

Pro ritu sacro Baptismi è fonte levavit.  
Quàm cuperem Sponsi laudes cantare celebres,  
Quàm vellem Sponsæ dotes laudare venustas,  
Ipsius & patris virtutes dicere raras,  
Si modò dictarent mihi suavia carmina Musæ.

Ergo gratantes liceat depromere voces:  
Conjugio huic sancto Dominus benedicat ab alto.  
Felices Animæ; felices edite vobis,  
Primùm ubi Luna suum novies percurrerit orbem,  
Conjugii fructus, gratissima pignora amoris.  
Hoc precor ex animo; Sponsis da Christe petita.

*Gratulabundus festinabam*

**FRIDERICUS HAMELIUS,**  
*Civis Servestanus.*

HYMENÆVS.

**U**na est, quæ reperet, seq; ipsa reseminet ales: *Ovid. l. 15.*  
Assyrii Phœnica vocant: nec fruge, nec herbis, *Met.*

B

Sed

Sed thuris lacrymis & succo vivit amomi.  
Hæc ubi quinq; suæ complevit secula vitæ,  
Ilicis in ramis tremulæq; cacumine palmæ,  
Unguibus & duro nidum sibi construit ore.  
Quo simul ac cäsiæ & nardi lenis aristas  
Quassaq; cum fulvâ substravit cinnamia myrrhâ,  
Se superimponit, finitq; in odoribus ævum.  
Inde ferunt, totidem qui vivere debeat annos,  
Corpore de patrio parvum Phœnica renasci.

Id simul historiæ produnt monumenta, politis  
Suspicit his numeris simul ipse Poëta, reiç;  
Ecquam non subeat miræ admiratio mentem?

Ohe! mira fuit verò, sed valdius, ista  
Si res vèra fuit, quod limine constitit alto  
Penè puer, dubiâq; tegens lanugine malas  
Ora reformatus primos Jolaus in annos.  
Nec metamorphosin docet experientia talem,  
Nec fando nostras exemplum venit ad aures.  
Quòd si quando senex juvenes superinduat artus,  
Sit, reor, ipse etiam demiraturus Apollo.

Si tamen est aliquid miræ novitatis in istis,  
Connubij alternare vices, orbasq; maritis  
Antè suis binas socio qui fœdere junxit,  
Nunc legisse sibi propriamq; dicâsse Puellam,  
GRUBENIUM pietate gravem, gravitate celebrem,  
Consiliis, meritisq; fideq; Virum, Decus Aulæ  
En quantum nostræ! miremur: Scilicet astat

Ipse



Ipse reformatus primos IOL A U S in annos.

Mira cano, sed vera cano : (suspendat aduncum  
Teter Aristarchus nasum ; longè æquius esto  
Vos penes arbitrium, nostris quibus apta Camænis  
Candidiore luto finxit præcordia Titan.  
Dicite judicium ; quod res est, dicite ; verum  
Me quoq; dixisse, unanimi firmabitis ore )  
Nonn' hic integris prope viribus usq; senectam  
Ad sacram vitæ memorabile transfigit ævum,  
Ac documenta senex linquit quam plurima rerum,  
Ne juveni tentanda quidem, sed et Hercule digna.  
Res facit ipsa fidem ; firmatas corpore vires  
Cernite in integro, rubicundum cernite, Pallas  
Quo gravis atq; Charis quo prospicit enthea, vultum :  
Suspicite ingenii præsignia munera acuti.  
Ecquis enim curtis comprenderet ornamenta  
Singula versiculis ? age Curia testis & Aula  
Condignæ S P O N S O præconia fundite laudis.  
Concessit senium divini Numinis alma  
Gratia, sollicitis F R I D E R I C I flexa petitis;  
Non dedit hoc illi Junonia muneris Hebe,  
Victa Viri precibus, ceu ficta Nasone fabella est.  
Quid? quod & oppidulum est platearum ambagibus  
Nostris sat notum, liceat mihi dicere parvum, up (æquis  
At linguis pridem, Musisq; & Apolline quantum !  
Cothenum vocitant Germani, religione,  
Tellurisq; bonis & fertilitate celebre.

GRUBENIO id primūm, Jovā duce & auspice, BANI  
Relictam Viduam dulcem facit esse maritam,  
Nomine REGINAM, REGINAMq; omine, quippe  
Quæ reginæ aderat nulli pietate secunda,  
Virtutum egregiâ mentem stipata catervâ.

Post Servesta piam quoq; MARGARIN addidit,  
Ante viro UBENO; revera MARGARIN: ipsa corbam  
Matronas inter velut unio namq; micabat  
Virtutum radiis Matrona gravissima, gemmis  
Immò Indis, Indoq; simul splendentior auro.

Nunc tibi, GRUBENI, divino munere, cœlo  
GREGORIANA quies datur ELISABETHA petita,  
Corpore præstanti mentis virtuteq; Nympha.

SPONSARUM laudanda TRIAS, quæ contigit uni  
SPONSO! Conjugij res haud caret omīne tanti.

Si qua (quod absit adhuc) rigidi Germana Gradivi,

Fortè Eris, in Triadem pomum conjecit amatam,

In quo, quam duxit, talis sit scriptio Diræ:

Hesperium hoc pomum, quæ formæ laude suprema

Virtutumq; cluet Soraborum illustris in urbe,

Illa ferat, referat meritum cum laude triumphum,

Ne Ventis & Pallas, cùmq; his Lucretia Juno

Jurgia de primis exemplò acerrima nectant,

Ipse equidem vereor; vereor, re corde volutâ,

Ne quis fortè Paris tua, SPONSE, adjussa paratus,

Vel veri punctus stimulis edixerit: aureæ (mum.

Dona QUIETIS amo: cape Tu ELISABETHULA po-

Est

Est tibi namq; domi PATER : Huic vigilantia verum  
GREGORII vero conjunxerat omne nomen.  
Sunt vigiles operas experta Lycéa scholarum,  
Sunt experta sacris resonantia pulpita templis  
Voce Figurali, laudantia voce Chorali  
Dulciter æternum divumq; hominumq; Parentem;  
Quin etiam vigiles miratur Curia curas ;  
Curas pro patriæ gestas à Patre salute,  
Nec sat : Metropolis totius Anhaltidos illum  
Tota Virum stupet haud ulli gravitate secundum,  
Et vim judicii rarumq; in Consule acumen.  
Obtinuit pietas MATRIS, quod gaudeat inter  
Angelicas turmas meliori parte recepta.  
Est et honesta domi, minimèq; injusta NOVERCA;  
FIDA audit MATER potius, vel judge plebe.

Non procul à proprio si stipite (verbulo ut ajunt)  
Poma cadunt, ecquis non surculus arbore tantà  
Excrescat bonitate potens & fructibus almus,  
Quos post ipsa ferat surgens arbuscula in altum.  
Nec frustra augurium est, nec fallit opinio mentem.

Vos, ô Convivæ suaves, mea Musa rogatos  
Advocat arbitros : non est res non ea nostri  
Arbitrii : Vestrīs stabit sententia votis.  
Audio : Jam inq; Deum pietatem, jamq; parentes  
In caros raram laudatis, amoris & ignem  
In Sponsum socii redamantem semper-amantem.  
Et modò cessâstis eburnea colla labellis

B 3

Ad



Ad celsi totis extollere sidera cœli,  
Pectore candorem celebratis, & ore leporem,,  
Jamq; artus grâciles & virginitatis honorem.,  
Ohe! ne quæso referatis plura; sat estis  
Singula si SPONSÆ canturi encomia, vestrum,,  
Tum fuerit fortasse auri cavisse dolorem.,  
Claudite jam laudum rivos; sat prata biberunt.  
Ipse, quod & tandem pietas & gratia tanto  
Huic Mœcenati studiorum debita poscit,  
Fusis ex animo precibus contendere tendo:  
Annue tu nostris quæso Deus, annue, votis.  
Fac procul à sociis secedant tædia tædis,  
Pulsis tristitiæ nociturae nubibus, almi  
Succedant Phœbi gratâ vice gaudia, Phœnix  
Vivus ut exultet parvo Phœnice renato.  
Summa mei voti: Da, quæ recreare jugalem,,  
Quæ turbare torum possint, averte benignus,  
Quò nulli nostrûm non exclamare sit æquum,,  
O SPONSUM ô SPONSAM felicem, utrumq; beatum!  
Tu, FRIDERICE, igitur, veniat quod Sponsa petitis  
ELISABETHA tuis, multum gaudeto, datâq;  
A Domino requie sanus requiescito.

Votivè acclamatus  
à

M. ERNESTO VVULSTORPIO,  
Servesta-Anhalt.

Ad



*AD Dn. SPONSUM,  
Anadochum suum plurimum colendum*

**N**on ego conjugij mactem tua carmine pacta,  
SPONSE gravis, SPONSOR semper amande  
Omnino? virtus, ac mens in corpore pulcro (mihi?  
Et legum & juris sat tua docta jubet.  
Ergo licet tenues mihi sint in carmine vires,  
Fausta tamen SPONS Ovota precesq; strepam.  
Vota, preces mea sint quæ donem munera SPONSO:  
Dent alij phialas, prospera vota dabo.  
Ast in fronte placet, te dicere, SPONSE, beatum.  
Nam venit in thalamum SPONSA pudica tuum.  
SPONSA venit (fas sit mihi paucis dicere SPONSÆ  
Innumeræ laudes) SPONSA venusta venit;  
Seu lævam videas frontem, comptosq; capillos  
Sive oculos, qui sunt fidi in amore duces.  
Hoc rarum, magnumq; loco quod ponere primo  
Debueram, Pietas & Pudor omnis adest.  
Omnis adest SPONSÆ Pietasq; pudore sodales  
Exsuperatq; suas, exsuperatq; viros.  
Gaude, SPONSE, tibi, tibi nunc de virgine tali  
Plaudito; gratatur nostra camæna tibi.  
Conjugium felix hinc ominor, omne certe  
Haud dubio, pietas namq; habet omne bonum.

Hac

Hâc tibi perpessos Numen cælestè dolores  
Penſabit Sponsa : ſed mea vota dabo.  
Thariades quondam veluti complexus amore eſt  
Uxorem; Sic Vos neqtat amore Deus !  
Sit ſine lite domus : res dat concordia parvas  
Crescere; ſit tristi , ſit ſine felle torus.  
Nascaturq; genus referat qui inſigne parentis !  
Nascatur, matris quæ referatq; genus!  
Mentem ſic veſtrām penetrabunt gaudia mille,  
Matris, & optati gaudia mille patris.  
Et ſoceratq; ſocrus non fiſios pectore toto  
Deproment plausus : plaudite natus adeſt,  
Quod ſupereft, calidi noſtri ſuſpiria cordis,  
Supplebunt; votis annuat hiſce Deus !

*Aliud Ejusdem,*

In toto Mars orbe furit truculentus, in armis  
Omnia regna jacent. En queis conſeyimus agros?  
Impius has ſegetes, hæc noſtra novalia miles  
Perdere conatur! quonam discordia regni  
Perduxit Proceres? quando pax aurea ſurget?  
Hæc, FRIDERICE, vides, nec non tua concutit oſſa  
Horror, dum reputas ; tamen audes vincla subire  
Sacra tori. Causæ quid? mens tibi fortior unde?  
Circum pectus habes æſ triplex? robore pollent  
Artus, Sponſe, tui? Sic eſt: Amor omnibus ardens  
Hæc  
Forti-

Fortior est rebus, Mantis faciemq; minacem.  
Haud curat, potis est terrorem pellere ad Indos.

Salve igitur, felix, tibi prospera fata precatur,  
Sponse, Thalia, tuis inceptis vela secunda  
Det Deus! & Sponsum dignetur prole beare!

Nascere parve puer! quid gaudia magna moraris  
Patris? blande puer risu cognoscere matrem  
Incipe? Sponse, tibi cœlo dimittitur alto  
En! nova progenies, tibi gaude, plaudite cives!  
Vos ô Nuthanæ, vos sylvæ applaudite Patri.

Multa quid? armipotens hostem prosterne sacrati  
Conjugii, in tuto Sponsum Sponsamq; locato,  
Sedibus à nostris Bellonam pelle flagello,  
Pelle procul, procul hinc, nec belli personet aures  
Post tuba sæva: tuis sic aris munera læta  
Eusebie ac Agape certatim pectore læto  
Læta ferent: parvam defendito, Christe, Sareptam!

*M. Fridericus Streso.*

I pede nunc celeri tædas exose jugales,  
Fronte pudicitiam qui simulasse vales,  
Qualis es, ô triplici diadematæ vincit capillos  
Pontificum princeps, quale catharma tuum:

Non

C



Nos teneant, maneant socij consortia lecti  
Hæc superis, nobis hæc quoq; vita placet  
Hæc placuit diro genitoris ab ense redemto,  
Cujus in amplexu casta Rebecca cubat:  
Hæc placuit docto referare parentis ocellos,  
Clara cui casto Sara pudore favet:  
Hæc placuit tibi Spouse, placet tibi vita, placebit,  
Ternâ connubij qui vice jura subis.  
Mentem laudo tuam prudentem, laudo, puellam  
Quod formâ insignem, sorte ita dante, petis.  
Picta fuit Romæ VENERIS pulcherrima imago;  
Quam nimio, ut fingunt, fovit amore puer,  
Ut sibimet jungi votis precibusq; rogarit,  
Nam sic felicem se fore crediderat;  
Ut verò hoc ordo prohiberet in urbe SENATUS,  
Obstupuit, præceps factus ad urbis aquas;  
Quod si tantus amor juveni si tanta voluptas  
In pictâ & fictâ virgine oborta fuit.  
Næ te felicem felici prædicat ore  
Lingua, tibi dum non lignea Sponsa datur,  
Sed grata ore datur, datur & gratissima mente,  
Grata pudore simul, grata decore simul,  
Quam ditat, celebrat, summis quam laudibus ornat  
Et pietatis honos, & probitatis honos,  
Hanc tua commeruit gravitas in rebus agendis  
Inq; DEUM pietas, in sociamq; fides,

Hac

Hac ergo gaude Sponsâ hac tibi virgine plaudet,  
Hanc castam castâ dilige mente: fove.  
Te ductore vigent, & te rectore vigebunt,  
Adspirante Deo, curia, templa, scholæ:  
Hac rectrice domus florebit: & edita proles  
Hac ductrice DEUM, hac discet amare patrem,  
Ergo quando alij pretio nova sacra beabunt,  
Quemque dives rerum copia, dives opum,  
Non ego jam pretio, prece sed tua sacra beabo,  
Pondus inest precibus, nil pretiumq; valet,  
Ne fiat socialis honos onus, ipsaq; mella  
Ne fiant fellæ, & fiat amaror amor,  
Non, inquam, pretiosa tibi, sed vota valebunt:  
Votis concludo, sint rata vota D E O:  
Conjugium felice tibi felicius opto,  
Ut possis hilari reddere corde sonos:  
Fæmina non onus est, oneris sed dulce levamen,  
Hæc tutela viri, hæc grata medela viri:  
Vos neq; lis, neq; vis turbet, sed amore perenni  
Sponsæ tuamq; cale, Sponsa tuumq; cole,  
Obtingent vobis sic dante, favente JEHOVAH  
Munera multa solo, gaudia multa polo.

In observantia & si-  
gnum F.

Felix Haustadius, Gymnas.  
ibid: alumnus.

2

ALIUD



ALIUD.  
DE AMORE  
Vago seu illico & licito, vero  
& conjugali.  
Ἄλογοισμός  
MUSÆ & AUTORIS.

A. Eccur puellum Phidia Cypridos  
Effinxerit, mi prome reconditam  
Thaleia nunc, conviviorum  
Quæ DEA jure vocare, caussam,  
Cur flosculis, dic, dextera splendidis  
Ornata sit; cur lævaq; piscibus  
Repleta, nec telis nec arcu  
Nec pharetra decorata amorum?  
M. Terræ Cupido scilicet imperat,  
Et jura toti suggerit æquori:  
Huic quicquid almus nutrit orbis  
Et mare ritè paret jubentia  
Hic vim leonum fortiter efferam  
Vertens, amorem suscitat igneum,  
Et illius iussis obœdit  
Bellua quæq; mari in profundo,  
Divos Cupido subjicit & suis  
Regnis, amoris vicit Apollinem  
Telis, & est his Mars subactus  
Ut peteret Veneris calores.

Sic

A. Sic qui subegit numine numina  
Parcatne terræ debilis incolis?  
Non ve ausit igne trux Cupido  
Urere, qui pius est, popellum?  
M. Sanè haud bonorum parvulus omnibus  
Grex tutus horis à pharetra feri  
Cupidinis; Samson Davidq;  
Hujus enim cecidere telis.  
A. Quid ergo? M. Castos opposuit DEUS  
Puello amores; Flaminis hos sacri  
In cordibus, Numen, piorum  
Ingeratq; animatq; Solum.  
A. Hoc & sacrati Numinis impetu  
Novi coloris pectore vim capit,  
Elisabethæ Fridericus  
Sponsus amore calens puellæ?  
M. Sic est: Cupido! non tua percipit  
Hic tela victus: Non patitur vagos  
Æstus, tuæ nil æstimatq;  
Spicula vel faculas pharetræ.  
Commotus almi Flamine numinis  
Casta cupidam prosequitur fide:  
Hanc optat, hanc ambit, maritam  
Hanc cupit, hanc adamatq; solam  
Veri hi calores, quos DEUS imperat!  
Veri illi amores, quos DEUS excitat!

C 3

His

His Sponse gaude, tuq; SPONSA  
SPONSA piissima rite plaudet.  
Fortunet illud conjugium pium  
Jehova, cedant hinc querimoniae,  
Lecto recedat pestilens hoc  
Conjugijq; lues, Erisq;  
Circundet alto missus ab æthere  
Sacer minister conjugii torum:  
Pax ad caput felix locetur,  
Copiaq; ante pedes recumbat.  
A. Verbo, quod inquam, triplice: stabile  
Suave, Felix, conjugium, precor,  
Sponso pio piæq; Sponsæ  
Defluat à Domino polorum.

Daniel Ludovicus Bernburger,  
Anhalt. Gymnasij Servestani  
alumnus.

ALIUD.

*Ad Sponsum & Sponsam.*

S Pоне move plausūs: CLARIS NATALIBUS ORTA  
SPONSA tuo thalamo sorte yigente datur.  
Sponse

Sponse move plausūs: multis **VIR TUTIBUS AUCTA**  
SPONSA tuo thalamo sorte ferente datur.  
Sponse move plausūs: formā **PULCERRIMA VIRGO**  
SPONSA tuo thalamo sorte favente datur.  
Cernis, ut in totâ hâc **CONSUL** dignissimus urbe  
Sit virtute **PATER** clarus & ingenio?  
Cernis, ut ingenuo vultu castoq; **PUDORE**  
NOBILIS IPSA piâ & **VIRGINITATE** siet?  
Cernis, ut in toto nil sit nisi **PULCRA VENUSTAS**  
Corpore, & haut ullâ factus ab arte decor?  
Talis cum stabili jungatur fædere virgo,  
Sponse, tibi, læto pectore plaude tuo.  
Suscipe, suscep tam retine, defende retentam,  
Se totam fidei mancipat illa tuæ.  
Sponsa move plausūs: mirando **ORNATU SHONORE**  
SPONSUS tecum optat vincla subire tori.  
Sponsa move plausus: **LINGUA**q; & **PECTORE** VE-  
SPONSUS tecum optat fœdus inire tori. (RUS  
Sponsa move plausus: divino munere **DIVES**  
SPONSUS te sociam poscit habere tori.  
Cernis, ut in totâ hâc aulâ, regionis & orâ  
Sit **VIRTUTE** omni CLARIUS & ingenio?  
Cernis, ut haut ulli **SANCTAPIETATE** secundus  
Sit, verè & cautâ simplicitate bonus?  
Cernis, ut hic habeat **PONDUS** quoq; **DIVITIS AURI**,  
Et teneat culti jugera magna soli?

Talem

Talem cum divina tibi det gratia Sponsū.  
Sponsa, tuā lātā gaudia mente cape.  
Accipe, & acceptum retine, parere retento  
Disce, Tuum fidum se caput esse cupit.  
Quid multis? Sponsis nihil est conformius istis,  
Est Sponsus Sponsā, dignaq; Sponsa viro.  
Quare agite ô dextram & mentem conjungite vestram,  
Dilige, Sponse, tuam, dilige, Sponsa, tuum.  
Verus amor parili sensu combinat amantes,  
Curarum gravidas lancinat ille vices.  
Verus amor soli sibi gaudia plurima gignit,  
Nullus amaror adest est ubi verus amor.  
Fallor? en huic dulci cantu numerisq; paratæ  
Pierides thalamo plurima vota ferunt?  
Sic: Clio subolem; felicia fata precatur  
Melpomene; Pylios bella Thalia dies;  
Euterpe cum Terpsichore quò velle sit unum  
Exoptant; Erato mutuus ut sit amor;  
Calliopea fidem; firmum Polyhymnia nexum;  
Uranie superum, post pia fata, Polum.  
Hi sunt Pieridum cantus. Ego pectore vero  
His adjungo meos, sic precor atq; Deum:  
Caste PARENTS casti fundator & autor amoris  
GNATO cumq; tuo FLAMINE cumq; tuo,  
Huc ades ac justis castisq; his annue ceptis  
Fac rata sint quæ sunt nomine cepta tuo,

Faç



Fac Sponsi vivant longos in Nestoris annos,  
Virtutisq; ferant præmia digna suæ.  
Nulla unquam, sanctum discordia turbet amorem.  
Candida, pax repleat prole parente domum.  
Tale tibi exiguo properatum carmine votum  
Cum lepidâ Sponsâ, Sponse venuste, fero.  
Tu nostram potius spectans, quam carmina, mentem  
Istâ, Ego quâ scripsi, dexteritate cape.  
Votis ipse meis, precor, his vim Maximus addas  
Numine qui versat singula fata DEUS.

Honoris debitæ, observantie  
ergo  
Georgius Munchardus Dessa-Anhalti-  
nus, Ill: Gymn: Ser: alumnus.

### ECHO.

**H**Osecquis postes ornat Permeßide lauro?  
Auro: quis Floræ germine limen? Hymen.  
Fallor? an in GRVBII Nymphæ pietate corusca,  
Fusca, SENIS thalamos jam modò vadit? adit.  
Siccine ELIS Atuum pectus pulcerrima captat?  
Aptat ut à Sponsâ Sponsus ameris, eris?  
Tune es ELISA futura marita? ita: Tune maritus?  
Ritus, amorq; tori gaudia finit? init.

D

Annu-

Annuit en Sponsus; sic infit: basia mille  
Ille ego, cum Sponsa quando habitabo, dabo.  
Annuit & virgo: volo dictitat, igne venusta  
Usta piis studiis invigilare lare.  
Obsequiosa tibi, tibi gignam pignora lecti  
Leeti, & ero vernans, ceu generosa, rosa.  
Floreat inter nos concordia dia, flabellum  
Bellum nunquam Ate commoveat, moveat.  
Et viridem foveant domicilia splendida laurum  
Aurum, gemmarum & vis loculos, oculos.

officio deitate gratitudinis & observantiae  
Charactere scribebat

PAVLLVS ALBERTI. Servestanus  
illustris Anhaltini ad Nutam  
Gymnasii alumnus

Eiusdem

ad

Convivas Nuptiales.

Quid tam diu moramini? quin jam citi  
Adeste, nobiles, viri et præstabiles,  
Et nobiles & nubiles puellæ.  
Promotio trium futura est hoc die.

Hoc



Hoc promovetur sole solemnissime  
Novum in maritum FRIDERICUS GRVBIUS  
Prefectus arcis; atq; Consiliarius  
Magnatum Anhaltinorum & inclytum Ducum;  
Et luce promovetur hâc in conjugem  
Perchara Gregoriana Nata primula.  
Sacerd; promovetur hoc primum die  
GREGORIVS, optimus vir & Consul gravis.  
Favete vos: fovete vos: vos plaudite;  
Gaudete vos, potate, inebriamini  
Mero mero, novo mero, veteri mero,  
Zythonovo, Zythobono. Sed plura ego  
addere nolo.

ALIUD:

N Ullus amet viduas; in virgine vivit amator:  
Enostris aliquis nomine clarus ait.  
Pol! mibi, Sponse, viri pulcrè observasse videris  
Consilium; quoniam hunc tibi virgo placet.  
Virgo placet juvenis, viduas vetulasq; trementes  
Nullus amas, (pulcrum!) ast hinc proculire jubes.

D 2

En



En! benè nunc faciles das aures Sponse, monenti,  
Quem viduæ doctum reddidit atra dies.  
Scilicet est mæror multus, sed nulla voluptas  
In vetulâ : vetulas Spernere discat amans.  
Discite vos juvenes, exemplo discite, cautè  
A vetulæ (à viduis) abstinuisse toro.  
Hærebat hæc imis vestris infixâ medullis  
Regula, ceu sacro ex tripode dicta, Viri.  
Quid gazas, gazas crepitas, quid rura, domosq;  
Quid viduæ laudas mollia strata mihi.  
Sunt onus, & fordes, credas, queis fidere stultum,  
Ni simul & virtus pectora paxq; ligent.  
Aurea libertas! hanc auro vendere noli  
Sis pius & gazas, rura, jehova dabit.  
Sponse, tuâ felix vivas cum virgine! longa  
Et felix Pylij tempora vive senis.  
Semper bonos Sponsi laudesq; genusq; manebunt,  
Vivet & in nymphâ post sua fata dies.

S. M. F,

F I N I S.

Id 4206  
8°

ULB Halle  
004 167 287

3



f  
Sb

+90  
SIE. 18 u. 25 nicht in PIKA,  
da Hochr.

EO-Bg-

Jul. 01

Ec 14  
24. VD 17 Me





# Farbkarte #13

B.I.G.

Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue
-------	---------	-------	---------	-----	--------	-------	------	------

